

138
furus ait sanctus crisostomus oculis incessu/et ha
bitu te componis et in ecclesiam ingressurus: que est
vere aula regia rides. **C**Est etiam sacro reposito hoc
est dominicis diebus et solennioribus deferendum
et in eis a communi operum occupatione cessetur et
diuinis officijs attentius insistatur. Nam vt ait hu
go. Festi dies: aliud studium: et alium conuersandi
modum exigunt: atq; alium hi in quibus licet opa
ri exposcunt. In illis inquit nos oportet ad celebra
da misteria diuina deuotius intendere: atq; in ora
tionibus diutius perseuerare omnem deniq; actum
et omnem motum cordis pariter et corporis diuino
misterio mancipere: atq; vt ita dicam quadam con
uersationis nouitate festos dies honorare. In cete
ris vero diebus in quibus operari licet nullus om
nino ociosus apparere debet. **D**e irreuerentia i di
uinis officijs et rebus ad ea spectantibus euitanda
infra per reuerentie positionem agetur.

CDe disciplina in generali.

Cap. vii.

Dicere de preparatorijs ad disciplina 3 et aliqui
bus eius effectibus incidenter sequitur vt de
sua plent⁹ expriment⁹ que vetustate deposita a iocq;
contra hostis insidias stablito sup radicem humili
tatis cōsurgit. Primo in generali quid sit que eius
utilitas: qualiter ad eius perueniatur noticia 3: et de
suis custodia. deinde in speciali dicamus. **D**isci
plina est vt ait hugo. **C**ōuersatio bona et honesta cui
parum est mala non agere/ sed studet etiam in his
que bene agit per cuncta irreprensibilis apparere
Item disciplina est omnium membrorum motus
ordinatus est dispositio decens in omni habitu et

actione. **A**udistis inquit: disciplina quid sit nunc attendite & utilis et necessaria sit. **D**isciplina est malorum desideriorum carcer: frenus lasciuie elationis iugum qui domat inemperantiam leuitatem lissagat et inordinatos motus mentis suffocat. **S**icut enim de inconstantia mentis nascitur inordinata motus corporis ita quoque dum corpus per disciplinam stringitur animus ad constantiam solidatur et paulatim inuicem mens ad quietem componitur: cum per discipline custodiam mali motus foras fluere non sinuntur. **S**ed qui statum mentis perire subsequenter foris in constantiam motionis defluit atque in exteriori modulite indurat: quod nulla interiori radice subsistat. **U**nde per salomone dicitur. **H**omo apostata vir inutilis graditur ore peruerso annuit oculis terit pede digito loquitur. **S**cienti quoque ad institutionem recte et honeste viuendi pertinet: multis hominem colligere et comparare sibi oportet partim ratione: partim doctrina: partim exemplo: partim meditatione sanctarum scripturarum: partim assidua inspectione operum et morum suorum. **N**on omnium maxime fortassis pro ceteris necessarium est sic scilicet homo in omnibus operibus suis sit circumspexus et prouidus et quotidiana discussione cogitationes locutiones pariter et facta sua apud semetipsum examinet. **S**apienter quippe semper agendo discunt et per exercitium bonorum operum quotidiana profectibus in maiorem virtutis agnitionem. **P**er experientiam namque eorumque que faciunt ad ea que postea agenda fuerint cautiorem sunt. **E**t quibus in nullo loco disciplinam suam homo deserere debet et diligentius tamen et magis sollicitate sibi est seruan

da ubi neglecta generat scādalum vel custodita bo-
ne imitationi exemplum. **T**unc discernandum erit
que sint illa que in disciplina custodienda nūq̄ ſer-
mitti et que rursus illa sint que pro loco et tempore
nunc intermitti nunc exerceri volunt. **S**epe tamen
etiam illa que in publico necessaria sunt prius in se-
creto exercitationis vsu exposcunt quia et si pror-
sus ea in occulto negligimus vti postmodum eis dū
opus est in publico non valemus et tūc aut profusus
a disciplina deficientes intuentibus scandalum fa-
cimur aut inepte id quod in nobis non est simulare
conantes irrisionem excitamus.

De disciplina in speciali.

Cap. viij.

Iam de disciplina in speciali inter fratres et ex-
traneos seruanda videndum. **I**n inter fratres
primo de disciplina circa spiritualia quedam dein
de circa corporalia. **C**irca spiritualia vero prio-
quantum ad amotionem mali et quantum ad positio-
nem boni. **Q**uo ad amotionem mali erit primo
de disciplina circa confessionem priuatam deinde
circa publicam attendendum. **E**t cum disciplina p-
hugonem. vt dictum est: bona et honesta conuersatio
describatur in dicendis igitur de ea: ad bonitates si-
mul et honestatem considerationis est oculus diri-
gendus.

De disciplina circa confessionem
priuatam.

Ca. ix.

De quotidianis offēsis sine quib⁹ hec vita nō
ducitur faciendā est confessio de priuatis pri-
uata de publicis publica et nichilominus quicqz pri-